

Sermo*de cogitandis nota exemplum*

Quartam vero est humilitatio vera mentis. Niro modo his quattuor predictis amor nutritur in homine. scz puris meditationibus. castis sermonibus. sanctis operibus. et humilibus mentibus. Dico igitur quod primum ad nutrimentum spiritualis ignis necessarium est pura et sancta meditatio cordis. sicut in praesentia cogitationes boiem separant a deo Sicut dicitur Sap. i. Sic et pure deo vivunt et amore quod unimur nutriunt. Cor enim sicut est membrorum primum et a natura primo et principaliter productum. et tanquam capitale membrum influens omnibus alijs corporis membris vitam et motum. ut inquit philosophus princeps Aristoteles. sic est spiritualis ignis totius amoris radicalis subiectum et principale domicilium Unde ad sensum videmus. quod quidquid corde diligitur. oculis illis libenter aspicimus. et sepe ad illud oculos elevamus. libenter de eo loqui audimus. ad locum ubi est pergimus. brachijs illud amplectimur. et oscula illi amoris imprimimus Ergo primum nutrimentum casti amoris marie in corde existit. ut sint munde affectus. caste meditationes et semper devote cogitationes. Sequitur enim ex his incrementum spiritualis ignis Sicut ex pice oleo et pinguedine crescit ignis materialis. sanctus vero Laurentius. quod se semper sanctis meditationibus exercebat et cogitationes inutiles respuebat. ideo spiritalem ignem in se omni tempore augmentabat. et sic ille totus intus ardebat. quod exteriorum suis applicatum vix carnibus sentiebat Vere ergo poterat dicere illud psalmista. Concaluit cor meum intra me. et in meditationibus exardescit vel incalescit Ignis vero in eo divinus inardescit. et suscipit non modicum incrementum. sed quod hodie bona casta. munda. et iusta cogitat. hodie vana cogitamus. mundanis intendimus et mundana ruminamus. et ideo nihil caste diligitur. quod cordis coinquinatorem mundum est. sed coinquinata est

eorum mens et conscientia. unde possumus dicere illud Job. xvij. Cogitationes mee dissipate sunt torquentes cor meum Cogitationes inquit vane. et dissipatorem omnium bonorum faciunt et velut aque ignem deumotiones extinguunt. Nam et quidam fuit sanctus pater qui quod diu se sanctis cogitationibus exercebat. et per amorem deum exarsit. alumnusque de deo de celis accepit. omni die panis ei mundissimus mittebatur. ac postquam cepit dyabolo pulsante immunda cogitare panis missus cepit solidus apparere. cumque subversis omnibus cogitationibus mundis sola cogitaret immunda panis totus niger et sordidus apparuit et ultra ei missus a deo non fuit Sicque factum est ut qui sancta cogitans. divino igne totus ardebat. dum immunda revolvere cepit. cordis ignem quem diu nutrierat mox extinxit. Ob hanc causam multi philosophi fuerunt qui sibi oculos eruerunt ut substracta sibi videndi materia nulla omnino immunda. sed solummodo cogitarent illa que saperent puritatem. **S**ed quod est necessarium ad spiritualis ignis nutrimentum est sancta collocutio oris sive sanctitatis sermonis. patet enim experientia. quod sancta verba audita. vel predicata miro modo incendunt corda Nonne ut Hieronimus dicit. Exultant equi in preliis dum voces buccine audiunt. Nonne ad pugnam sunt milites fortiores et fortius agitant lanceas. strictosque mucrone dum principis presentia excitant. Nonne boues et cervi dulcibus vocibus aiuntur. quanta ergo est virtus verborum spiritualium. unde dicitur Ecclesi. xlviij. Surrexit belyas propheta quasi ignis et verbum eius quasi facula ardebat. Talia fuerunt verba beati Laurentij. alios inflammantia. Sicut patet in Ipolitio et alijs quos convertit Bene poterat dicere sanctus Ipolitus illud Iudic. xx. Factus est sermo domini supple mihi predicatusque beati Laurentij in corde meo. quasi ignis estuans. et defici non sustinens. verbum eius